Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tiam castitatem instruxit di-
cens. Volo autem omnes esse
sicut me ipsum. Et infra.
Dico autem innuptis et vi-
duis: bonum est illis: si
sic permaneant sicut et ego.

Cum ve-
nissent
Romam
Lucas a
Galatia.
Titus a
Dalmatia: expectaverunt
paulum in urbe. Quos cum
adveniens paulus vidis-
set letatus est valde et con-
duxit sibi extra urbem hor-
reum publicum. ubi cum
his et aliis fratribus de ver-
bo vite tractaret. Cepit
interea colligere multitu-
dinem maximam. addite-
banturque per eum fidei mul-
te anime: operante gratia dei.
ita ut per totam urbem sonus

predicationis et sanctitatis ipsius
fieret: et exiret fama per
universam circa regionem.
de illo. Iam ad modum enim
innotuerat urbi romane
signis et prodigiis: et a
doctrina multa atque mira-
bili sanctitate. Concursus quoque
multus de domo cesaris
fiebat ad eum credentium in
dominum ihesum christum. et augmen-
tabatur cottidie fidelibus
gaudium magnum et exulta-
tio. Sed et institutor impera-
toris adeo est illi amicicia
copulatus videns in eo divi-
nam scientiam. ut se a colloquio
ipsius vix separare posset.
quatinus si ore ad os illum
alloqui non valeret. fre-
quentibus datis et acceptis
epistolis ipsius dulcedine et
amicabili colloquio atque
consilio frueretur. et sic
eius doctrina agente spiritu
sancto multiplicabatur: et
amabatur. ut iam licite
doceret et a multis liben-